

A

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ



026000213355

Luc 73,6



L V C I A N I

SAMOSATENSIS

O P E R A

GRAECE LATINE

CVM NOTIS SELECTIS

T O M V S V I

C V R A V I T

IO. PETR. SCHMIDIUS

MITAVIAE


APVD IACOBVM FRIDER. HINZIVM

M D C C L X X V I I I I .



Αρ. Βιβλ. Βίβλ. 11923

212
A. A. I. O.
ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΟΝ
ΕΠΙΧΕΙΡΗΣΙΟΝ



ΤΟΜΟΣ 1
ΕΚΔΟΣΗ
1914

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ
ΕΠΙΧΕΙΡΗΣΙΟΝ
ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΟΝ



Ὀνειρος, ἢ Ἀλεκτρυών.

Μίκυλλος, Ἀλεκτρυών καὶ Σίμων.

ΜΙΚ. Ἀλλά σε, ὦ κάκιζε ἀλεκτρυών, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιτρέψει, φθονερὸν ἔτω καὶ ὀξύφωνον ὄντα, ὅς με πλετῶντα, καὶ ἠδίστω ὄνειρῶ ξυνόντα, καὶ θαυμασὴν εὐδαιμονίαν εὐδαιμονῶντα, διάτορον τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας, ἐπήγειρας, ὡς μηδὲ νύκτωρ γέν τὴν πολὺ σὲ μιαιρωτέραν πενίαν διαφύγοιμι. καίτοι εἶγε χρεὶ τεκμαίρεσθαι τῆ τε ἡσυχίᾳ, πολλῇ ἔτι οὔσῃ, καὶ τῷ κρύει, μηδέπω με τὸ ὀρθρινὸν ὥσπερ

Somnium, seu Gallus.

Micyllus, Gallus et Simon.

MIC. At te, scelestissime galle, Iupiter ipse obterat, invidium adeo et clamosum animal, qui me diuitem, et iucundissimo in somnio versantem, et admirabili quadam felicitate beatum, penetrabili illo tuo acutoque clamore excitaueris, ut ne nocte quidem paupertatem, multum vel te impuriorem, effugere liceat: cum tamen, si quidem ex illo multo adhuc silentio est coniiicere, et frigore quod nondum me, ut
Luc. Op. T. VI. A solet



ὡσπερ εἶωθεν ἀποκινῶντι (γνώμων γὰρ ἔτες
 ἀψευδέστατός μοι, προσελαυνέσης ἡμέρας) ἐδέ-
 πω μέσση νύκτες εἰσίν. ὁ δὲ αὔπνος ἔτος, ὡσ-
 περ τὸ χρυσὸν ἐκεῖνο κώδιον Φυλάττων, ἀφ'
 ἑσπέρας εὐθύς ἤδη κέκραγεν· ἀλλ' ἔτι χαίρων
 γε· ἀμυνῆμαι γὰρ εὐθύς σε, ἣν μόνον ἡμέρα
 γένηται, συντρίβων τῆ βακτηρία· νῦν γὰρ μοι
 πρᾶγματα παρέξεις, μεταπηδῶν ἐν τῷ σκότῳ.
 ΑΛΕΚ. Μίκυλλε δέσποτα, ἴσμεν τι χαριεῖ-
 σθαί σοι Φθάνων τῆς νυκτός, ἐπέσον δυνάμην,
 ὡς ἔχοις ὀφθρευόμενος διανύειν τὰ πολλὰ τῶν
 ἔργων. ἦν γὰρ πρὶν ἀνατεῖλαι ἥλιον μίαν κρη-
 πίδα ἐργάσαιο, προσοῦ ἔση τῆτο ἐς τὰ ἀλφι-
 τα πεπονηκώς. εἰ δέ σοι καθεύδειν ἤδιον,
 ἐγώ

solet mane, enecat (certissimum quippe hoc mihi
 aduentantis diei indicium) media nondum nox
 sit. At hic peruigil, tanquam aureum illud vel-
 lus custodiret, a vespera inde statim clamat: sed
 certe non sic auferet. Vliscar enim te cum pri-
 mum illuxerit, et baculo tibi dispergam cere-
 brum: nunc enim negotium mihi facesseres ex-
 filiando in tenebris. GALL. Micylle, here,
 gratum tibi me putabam facturum, si noctis
 quantum possem *cantu* anteuertem, vt posses,
 ante lucem aggressus laborem, illa multa tua
 opera absolueres: si enim ante solis exortum cre-
 pidam vnam perficias, lucro tibi iste labor ad-
 victum cesserit. Sin dormire tibi iucundius est,
 equidem



ἐγὼ μὲν ἠσυχάσομαι σοι, καὶ πολὺ ἀφωρότερος ἔσομαι τῶν ἰχθύων. σὺ δὲ ὄρα ὅπως μὴ ἔνερ πλατῶν, λιμώττης ἀνεγρόμενος.

ΜΙΚ. ὦ Ζεῦ τεράσιε, καὶ Ἡράκλεις ἀλεξίκακῆ, τί τὸ κακὸν τῷτό ἐσιν; ἀνθρωπίνως ἐλάλησεν ὁ ἀλεκτρυῶν. ΑΛΕΚ. Εἶτά σοι τέρας εἶναι δοκεῖ τὸ τοιῶτον, εἰ ὁμόφωτος ὑμῖν εἶμι; ΜΙΚ. Πῶς γὰρ ἔ τέρας; ἀλλ' ἀποτρέπετε, ὦ θεοί, τὸ δεινὸν ἀφ' ἡμῶν. ΑΛΕΚ. Σὺ μοι δοκεῖς, ὦ Μίκυλλε, κομιδῆ ἀπαίδευτος εἶναι, μηδὲ ἀνέγνωκεναι τὰ Ὀμήρου ποιήματα, ἐν οἷς καὶ ὁ τῷ Ἀχιλλέως ἵππος ὁ Ξάνθος, μακρὰ χαιρέειν Φρέσας τῷ χρεμετίζειν, ἔσηκεν ἐν μέσῳ τῷ πολέμῳ διαλεγόμενος, ἔπη ὅλα ῥαψωδῶν,

equidem tacebo tibi, et piscibus ipsis magis. mutus ero. Sed tu vide, ne, diues per quietem, excitatus deinde esurias.

2. MIC. O Iupiter prodigialis, o depulsor malorum Hercules, quid hoc mali est? humana voce gallus locutus est! GALL. Tum tibi prodigium esse videtur hoc, si eadem qua vos vocator? MIC. Qui enim non sit prodigium? Sed auerruncate Dii a nobis malum. GALL. Vide ris mihi, Micylle, literarum omnino rudis esse, nec legisse Homeri poemata, in quibus Xanthus Achillis equus, valere longum iusso hinnitu, stetit medio in bello loquens, versus totos con-



δῶν, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ νῦν, ἄνευ τῶν μέτρων,
 ἀλλὰ καὶ ἐμαντεύετο ἐκείνος, καὶ τὰ μέλλοντα
 προεθέσπιζε, καὶ εἰδέν τι παράδοξον ἐδίδκει ποι-
 εῖν, εἰδὲ ὁ ἀκίων ἐπεκαλεῖτο, ὥσπερ σὺ τὸν
 ἀλεξίκακον, ἀποτρόπαιον ἠγόμενος τὸ ἄκασμα.
 καίτοι τί ἂν ἐποίησας, εἴ σοι ἢ τῆς Ἀργῆς τρέ-
 πης ἐλάλησεν, ὥσπερ ποτὲ ἢ Φηγὸς ἐν Δωδώνῃ
 αὐτόφωνος I) ἐμαντεύετο; ἢ εἰ βύρσας εἶδες
 ἐρπύσας, καὶ βοῶν κρέα μυκώμενα, ἡμίπτυα
 καὶ ἐφθὰ, περιπεπαρμένα τοῖς ὀβελκίς; ἐγὼ
 δὲ, Ἑρμῆ πάρεδρος ὢν, λαλιζάτω καὶ λογιω-
 τάτω

tuens, non vt ego nunc extra modulos: verum
 ille vaticinabatur etiam et diuinabat futura, nec
 tamen inopinatum quid videbatur facere; nec
 qui audiebat, inuocabat ita depulsorem malo-
 rum, abominandumue putabat, quod audiret.
 Verum quid fecisses, si tibi illa Argus nauis ca-
 rina locuta esset, vt quondam illa Dodonae fagus
 sua voce vaticinata est? aut si tergora vidisses re-
 pentia, et boum carnes mugientes, semiasias et
 elixas, confixas verubus? Ego vero Mercurio as-
 siduus comes, loquacissimo et eloquentissimo
 Deo-

I. αὐτόφωνος] Quid hoc sit, et quando O-
 racula dici coeperint αὐτόφωνα, ex No-
 stro discas Ἀλεξ. c. 26. vix enim apud
 alium iuuenies. *du Soul.*



τάττ θεῶν ἀπάντων, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοδίαιτος ὑμῖν καὶ σύντροφος, ἔχαιπε πῶς ἐμελλον ἐκμαθήσεσθαι τὴν ἀνθρώπινην φωνήν. εἰ δὲ ἐχεμυθήσειν ὑπέσχοιό μοι, ἔκ ἂν ὀκνήσαιμί σοι τὴν ἀληθεζέραν αἰτίαν εἰπεῖν τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμοφωνίας, καὶ ὅθεν ὑπάρχει μοι ἔτῳ λαλεῖν.

ΜΙΚ. Ἀλλὰ μὴ ὄνειρος καὶ ταῦτά ἐσιν, Ἀλεκτρυῶν ἔτῳ πρὸς ἐμὲ διαλεγόμενος; εἰπέ δ' ἔν πρὸς τῷ Ἑρμῆ, ὃ βέλτισε, ὅ, τι καὶ ἄλλο σοι τῆς φωνῆς αἴτιον. ὡς δὲ σιωπήσομαι, καὶ πρὸς ἐδένα ἐρῶ, τί σε χρεὶ δεδιέναι, τίς γὰρ ἂν πισεύσειέ μοι, εἴ τιτι διηγοίμην ὡς ἀλεκτρυόνος αὐτὰ εἰπόντος ἀκηκοώς; ΑΛΕΚ. Ἄκουε τοῖνον.

Deorum omnium, ac caeteroquin contubernalis vester atque conuictor, non multum laboraturus eram in addiscendo vestro sermone. Si vero tantum mihi silentium promiseris, non pigrabor verioremi tibi causam meae cum sermone vestro communionis dicere, et vnde sic loqui mihi contigerit.

3. MIC. Verum nonne somnium et hoc est, gallus ita mecum loquens? Dic ergo, per Mercurium, optime, quae etiam alia tibi sit loquellae causa. Vt vero taceam, et ad neminem quidquam dicam, quid est quod metuas? Quis enim crederet mihi, si cui narrarem, tanquam qui de gallo ista dicente audierim? GALL.

A 3

Audi



τοίνυν. παραδοξότατόν σοι λόγον εὔειδ' ὅτι λέγω, ὦ Μίκυλλε. ἔτοσί γάρ ὁ γυνή σοι ἀλεκτρυῶν Φαινόμενος, ἔπρὸ πολλῶν ἀνθρώπων ἦν. ΜΙΚ. "Ἡχσά τι καὶ πάλαι τοιῶτον ἀμέλει περὶ ὑμῶν, ὡς ἀλεκτρυῶν τις νεανίσκος Φίλος γένοιτο τῷ." Ἄρει, καὶ συμπίνῃσι τῷ θεῷ καὶ συγκωμῶσι, καὶ κοινωνοῖη τῶν ἐρωτικῶν. ὅποτε γὰρ ἀπίοι παρὰ τὴν Ἀφροδίτην μοιχεύσων ὁ Ἄρης, ἐπάγεσθαι καὶ τὸν Ἀλεκτρυόνα, καὶ ἐπειδὴ περ μάλιζα τὸν Ἥλιον ὑφωρᾶτο, μὴ κατιδὼν ἐξείπη πρὸς τὸν Ἡφαιστον, ἔξω πρὸς ταῖς θύρας ἀπολείπειν αἰεὶ τὸν νεανίσκον, μήτις ὕσοντα ὅποτε φαίνοι ὁ Ἥλιος· εἶτα ποτὲ κατακοιμηθῆναι μὲν τὸν Ἀλεκτρυόνα, καὶ προδῆ-
ναι

Audi ergo. Remotum ab omnium opinione esse, quod tibi dico, bene noui Micylle. Hic enim, qui nunc tibi gallus esse apparet, non ita multo ante homo erat. MIC. Audiui quiddam tale olim sane de vobis, Gallum quendam iuuenem amicum fuisse Martis, potasse cum Deo et comissatum iuisse, et amoribus illius subservuisse. Quoties enim abiret ad Venerem Mars adulterii causa, adduxisse etiam Gallum: cumque Solem praesertim suspectum haberet, ne rem visam Vulcano enunciaret; extra ad ianuas reliquisse semper iuuenem, indicaturum sibi, quando Sol appareret. Tum obdormivisse aliquando Gallum, suum-



ναι τὴν Φρερὰν ἄκοντα· τὸν δὲ Ἥλιον λαθόντα
 τα ἐπιστῆναι τῇ Ἀφροδίτῃ, καὶ τῷ Ἄρει ἀφρόν-
 τιδι ἀναπαυομένῳ, διὰ τὸ πιστεύειν τὸν ἀλε-
 κτρύονα μὴνῦσαι αὐτὸν, εἴ τις ἐπίοι, καὶ ἔτω τὸν
 Ἥφαιστον παρ' Ἡλίου λαθόντα συλλαβεῖν αὐ-
 τὸς, περιβαλόντα καὶ σαγηνεύσαντα τοῖς δε-
 σμοῖς, ἃ πάλαι μεμηχάνητο ἐπ' αὐτὸς· ἀφε-
 θέντα δὲ, [ὡς ἀφείθη] 2) τὸν Ἄρην ἀγανα-
 κτῆσαι κατὰ τῷ Ἀλεκτρύονος, καὶ μεταβαλεῖν
 αὐτὸν εἰς τρυφὴν τὸ ὄρνεον αὐτοῖς ὅπλοις, ὡς ἀν-
 τὶ τῷ κρέαντος τὸν λόφον ἔχειν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ.
 διὰ τῆτο ὑμᾶς ἀπολογημένους τῷ Ἄρει, ὅτ' ἔ-
 δέν

suumque praesidium imprudentem prodidisse: So-
 lem vero non animadversum adstitisse Veneri et
 quiescenti sine cura Marti, qui crederet indica-
 turum, si quis adveniret, Gallum. Atque ita
 Vulcanum a Sole edoctum ipsos comprehendisse,
 iniectis vinculis irretitos, quae olim illis parasset.
 Dimissum vero Martem iratum Gallo, illum ipsis
 cum armis in avem cognominem mutasse, ut pro
 galea cristam haberet in capite. Eam ob caus-
 sam vos, ut excusetis vos Marti, cum nihil iam
 A 4 prodest,

2. ὡς ἀφείθη] Tam manifesta haec est expli-
 catio praemissi participii ἀφεθέντα, ut vix
 mihi temperariim, quin contra Edd. omnes
 eiecissen. Sed ne temerarius videar, vncis
 ut suspectum seclusi. Reitz:



δὲν ὄφελος, ἐπειδὴν αἰσθησθε ἀνατέλλοντα τὸν Ἥλιον, πρὸ πολλῆ βοᾶν, ἐπισημαιομένους τὴν ἀνατολὴν αὐτῆ.

ΑΛΕΚ. Φασὶ μὲν καὶ ταῦτα, ὦ Μίκυλλε. τὸ δὲ ἐμὸν ἕτεροῖον τι ἐγένετο, καὶ πάνυ ἔναγχος εἰς ἀλεκτρούνα σοι μεταβέβηκα. ΜΙΚ. Πῶς; ἐθέλω γὰρ τῆτο μάλιχα εἰδέναί. ΑΛΕΚ. Οἶσθα ἄρα τὸν Πυθαγόραν Μνησαρχίδην Σάμιον; ΜΙΚ. Τὸν σοφιστὴν λέγεις; τὸν ἀλαζόνα, ὃς ἐνομοθέτει μῆτε κρεῶν γεύεσθαι, μῆτε κυάμας ἐσθίειν, ἢδισον ἐμοὶ γῆν ἔψον ἐκτραπέζον ἀποφαίνων 3); ἔτι δὲ καὶ πείθων τοὺς ἀνθρώ-

prodest, cum sentiat orientem Solem, canere diu ante, eiusque ortum significare.

4. GALL. Aiunt quidem et ista Micylle. Mea autem ratio alia fuit, qui plane nuper in gallum transferim. MIC. Quomodo? velim enim hoc maxime scire. GALL. Nosti igitur Pythagoram Mnesarchi F. Samium? MIC. Sophistam illum ais, superbum, qui legem tulit, de carnibus non gustandis, de non edendis fabis, qua lege suavissimum mihi quidem pulmentum, et facillimum concoctu, a mensis remouit: qui praeterea persuasit

3. γῆν — ἀποφαίνων] Non agnoscit ἀπονον Flor. Ed. ante ἀποφαίνων. du, Soul. Duas habeo de hoc loco coniecturas: vnam, ut ἀπονον transponamus, et adiiciamus copulam,



ἀνθρώπους ἐς πέντε ἔτη μὴ διαλέγεσθαι. ΑΛΕΚ.
 Ἴσθι δῆτα καὶ κείνο, ὡς πρὸ τοῦ Πυθαγόρου,
 Εὐφορβος γένοιτο. ΜΙΚ. Γόητα, Φασί, καὶ
 τεραττεργὸν τὸν ἀνθρώπον, ὦ ἀλεκτρυών. ΑΛΕΚ.
 Ἐκεῖνος αὐτὸς ἐγὼ σοι εἰμὶ ὁ Πυθαγόρας, ὡς
 πάλαι, ὦ ἀγαθὲ, λοιδορέμενός μοι, καὶ ταῦτα,
 ἐκ εἰδῶς οἷός τις ἦν τὸν τρόπον. ΜΙΚ. Τῆτ'
 αὐ

suasit hominibus, vt per quinque annos inter se
 non colloquerentur. GALL. Noris ergo illud
 quoque, eum ante Pythagoram fuisse Euphor-
 bum. MIC. Impostorem aiunt et praestigiato-
 rem fuisse hominem, o galle. GALL. Ille ipse
 ego tibi adsum Pythagoras: itaque desine, bone
 vir, mihi maledicere, idque cum nescias, quibus
 moribus fuerim. MIC. Hoc iam multum illo

A 5

por-

pulam, hoc modo, ἡδίστον ἐμοὶ γῆν ὄψον
 καὶ ἄπιον, eo sensu, quem in interpreta-
 tione posui. Altera est, an forte legendum
 sit ἄπιον, qua ratione locum seruare pos-
 set suum, et iungi cum ἐκτράπεζον. Nem-
 pe ἄπιον significare puto contrarium no-
 minis εὐωνος: quemadmodum hoc denotat
 facile emtu, parabile, vile; ita ἄπιον fue-
 rit, quod non prostat venale, nec proinde
 facile emi potest. Gesner. Si καὶ additum
 vsquam inuenissem, transpositionem Gesneri
 etiam in textum recepissem. Iam vero satis
 habui lectionem Fl. reuocare, sensum opti-
 mum exhibentis. Reitz.



αὐ̄ μακρῶ̄ ἐκείνῃ τερπιδέστερον, ἀλεκτρυῶν Φι-
λόσοφος· εἶπε δὲ ὁμῶς, ὦ Μνησάρχου παῖ,
ὅπως ἡμῖν ἀντὶ μὲν ἀνθρώπου ὄρνις, ἀντὶ δὲ
Σαμίας Ταναγραῖος 4) ἀναπέφηνας; ἔπιθανά
γάρ ταῦτα, ἔδὲ πάλιν πισεῦσαι ῥήθια, ἐπεὶ καὶ
δύο ἤδη μοι τετηρημένα δοκῶ πάνυ ἀλλότρια
ἐν σοὶ τῷ Πυθαγόρῃ. ΑΛΕΚ. Τὰ πείρα; ΜΙΚ.
Ἐν μὲν, ὅτι γὰρ εἶ, καὶ κρακτικός· ὁ δὲ σιω-
πᾶν ἐς πέντε ἔλα ἔτη, σίμων, παρεῖται· ἕτερον
δὲ καὶ παντελῶς παρεύνομαι. ἔγχερον ὅ, τι
σοι παραβόλοιμι, κυάμας γὰρ, ὡς οἶσθαι,
ἔχων, ἦρον· καὶ σὺ οὐδὲν μελλούσας ἀνέλεξας
αὐτῆς·

portentofius, gallus philosophus! Verum dic ta-
men Mnesarchi fili, quomodo nobis pro homine
avis, pro Samio autem Tanagraeus factus sis:
nec enim probabilia sunt ista, neque valde credi-
tu facilia, cum praesertim duo iam mihi obser-
vasse in te videar plane a Pythagora aliena.
GALL. Quenam? MIC. Unum, quod lo-
quax es, et clamofus; at ille tacere quinque,
puto, annos solidos hortabatur: alterum autem
omnino etiam legibus illius aduersum. Cum
enim non haberem quod tibi obiicerem in cibum,
fabas heri, quod scis, habens domum veni, et tu
nihil

4. Ταναγραῖος] Nimirum Tanagram Galli pa-
triam suam non minus ac Rhodum nobilita-
runt. Plin. 10, 21. 24. Gesner.



αὐτὰς· ὡς ἢ εἰσεῦσθαι σοι ἀνάγκη, καὶ ἄλλῳ εἶναι, ἢ Πυθαγόρα ὄντι παραβινομηκένα, καὶ τὸ ἴσον ἡσεβηκένα κυάμης φαγόντα, ὡς ἂν εἰ τὴν κεφαλὴν τῶ πατρὸς ἐδηόκεις.

ΑΛΕΚ. Οὐ γὰρ εἶσθαι, ὦ Μίκυλλε, ἥτις αἰτία τέτων, εὐδὲ τὰ πρόσφορα ἐκάσῃ βίῳ. ἐγὼ δὲ τότε μὲν ἐκ ἡσθιον τῶν κυάμων, ἐφιλοσόφην γάρ· νῦν δὲ φάγοιμι ἂν, ὀρνιθικὴ γὰρ καὶ ἐκ ἀπέρρητος ἰμῖν ἢ τρεφῆ. ἀλλ' εἰ σοὶ φίλον, ἄγε πῶς ἐκ Πυθαγόρα τέτο νῦν εἶμι, καὶ ἐν ὅσοις πρότερον ἐβίότευσα βίαις, καὶ αἰτία τῆς μεταβολῆς ἀπολέλυκα ἐκάσης. ΜΙΚ. Λέγοις ἂν, ὡς ἔμοι γε ὑπερήδισον ἂν τὸ ἄκασμα γένοιτο,

nihil cunctatus illas legisti. Itaque alienum necesse est, aut mentitum te et alium esse, aut si sis Pythagoras, legem a te violatam, et aeque factum impie, cum fabas deuorasti, quam si caput parentis edisses.

5. GALL. Videlicet non nosti Mycille, quae sit horum caussa, neque quae unicuique vitae conueniant. At ego tum fabas non edebam; philosophabar enim; iam vero licet edam; gallinaceus enim, nec interdictus ille nobis cibus. Sed si placet audi, quomodo ex Pythagora hoc nunc sim, et in quibus ante vitis vixerim, et quid ex vnaquaque mutatione commodi vel incommodi ad me peruenerit. ΜΙC. Dixeris: nam mihi quidem supra quam dici potest iucundum



γένοιτο, ὥς εἴ τις αἴρεσιν προθείη, πότερον
 μᾶλλον ἐθέλω σε ἀκέειν τὰ τοιαῦτα διεξιόντος,
 ἢ τὸν πανευδαίμονα ὄνειρον ἐκεῖνον αὐθις ὄραν,
 τὸν μικρὸν ἔμπροσθεν, ἐκ οἴδα, ὁπότερον ἂν
 ἐλπίμην, ἔτῳς ἀδελφὰ ἡγάμοι τὰ σὰ τοῖς ἡδί-
 σοις Φανῆσι, καὶ ἐν ἴσῃ τιμῇ ὑμᾶς ἄγω, σέ τε,
 καὶ τὸ πολυτίμητον ἐνύπνιον. ΑΛΕΚ. Ἔτι
 γὰρ σὺ ἀναπεμπάζῃ τὸν ὄνειρον, ὅσις ποτὲ ὁ
 Φανῆς σοι ἦν, καὶ τινὰ ἰνδάλματα μάτλα δια-
 φυλάττεις, κενὴν, καὶ ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος,
 ἀμενηνὴν τινὰ εὐδαιμονίαν τῆ μνήμῃ μεταδιώκων;

ΜΙΚ. Ἄλλ' ἐδ' ἐπιλήσομαι ποτε, ὦ ἀλε-
 κτρυῶν, εὖ ἴσθι, τῆς ὄψεως ἐκείνης. ἔτῳς μοι
 πολὺ

dum fuerit audire: adeo ut si quis mihi optio-
 nem proponat, vtrum malim te audire talia enar-
 rantem, an illud beatum vndique somnium,
 quod paullo ante *mibi obigit*, rursus somniare,
 nesciam vtrum praeoptem: adeo geminos arbi-
 tror tuos *sermone* visis iucundissimis, et in ae-
 quali vos honore habeo, te, et pretiosissimum
 illud somnium. GALL. Adhuc nimirum re-
 tractas illud somnium, quodcunque demum fuit,
 quod tibi oblatum est, et vana quaedam simula-
 cra illius seruas, inanem, et poetico verbo fuga-
 cem quandam felicitatem memoria persequens.

6. MIC. Ego vero nunquam, galle, obliui-
 scar, bene noris, illius visi: adeo multo mihi
 melle



πολύ τὸ μέλι ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁ ὄνειρος καταλιπὼν ᾤχετο, ὡς μόγις ἀνοίγειν τὰ βλέφαρα ὑπ' αὐτῶ, εἰς ὕπνον αὐθις κατασπώμενα. εἶον ἔν ἐν τοῖς ὡσὶ τὰ πτερὰ ἐργάζεται σρεφόμενα, τοιῶτον γάργαλον παρείχετό μοι τὰ ὀρώμενα. ΛΛΕΚ. Ἡράκλεις, δεινὸν τινα φῆς τὸν ἔρωτα τῶ ἐνυπνίᾳ, εἶγε πτηνὸς ὢν, ὡς φασι, καὶ ὄρον ἔχων τῆς πτήσεως τὸν ὕπνον, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἤδη πηδᾶ, καὶ ἐνδιατρίβει ἀνεωγῶσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, μελιχρὸς ἔτω καὶ ἐναργῆς φαινόμενος· ἐθέλω γῆν ἀκῆσαι οἷός τις ἐσιν, ἔτω σοι τριπόθητος ὢν. ΜΙΚ. Ἐτοιμος λέγειν. ἠδὲ γῆν τὸ μεμνησθαι τι, καὶ διεξιέναι τι περὶ αὐτῶ. σὺ δὲ πηνίκα, ὦ Πυθαγόρα, διηγήση τὰ περὶ τῶν μεταβολῶν;

ΛΛΕΚ:

melle in oculis relicto abiit, vt vix aperiam prae illo palpebras, in somnum rursus tractas. Quale quid igitur conuersae in auribus plumae efficiunt, talem illa visa praestitere mihi titillationem. GALI. Mirum, Hercule, mihi narras, amorem insomnii; si voluere cum sit, et terminum sui volatus somnum habeat, iam transilit lineam, et apertis oculis commoratur, mellitum adeo, et manifesto conspiciendum se praebens. Volo igitur audire, quale sit, quod adeo tibi sit desiderabile. MIC. Paratus sum dicere: suaue enim est recordari, et aliquid de illo narrare: tu vero, Pythagora, quando de mutationibus expo-



ΑΛΕΚ. Ἐπειδὴν σὺ, ὦ Μίκυλλε, παύσῃ ὄνει-
 ρώπτων, καὶ ἀποψήσῃ ἀτὰ τῶν βλεφάρων τὸ
 μέλι; τὸ νῦν δὲ πρότερος εἶπέ, ὡς μάθω εἴτε
 διὰ τῶν ἐλεφαντίων πυλῶν 5), εἴτε διὰ τῶν
 κεραιτίνων σοι ὁ ὄνειρος ἦκε πετόμενος. ΜΙΚ.
 Οὐδὲ δι' ἑτέρας τᾶτων, ὦ Ποθαγόρα. ΑΛΕΚ.
 Καὶ μὴν Ὅμηρος δύο ταύτας μόνας λέγει. ΜΙΚ.
 Ἐὰ χαιρεῖν τὸν λῆρον ἐκείνον ποιητὴν, εἰδέν εἰ-
 δότα ὄνειρων πέρι. οἱ πένητες ἴσως ὄνειροι διὰ
 τῶν τοιᾶτων ἐκφοιτῶσιν, οἷους ἐκείνος ἐώρα,
 εἰδὲ πάντα σαφῶς, τυφλὸς αὐτὸς ὢν. ἐμοὶ δὲ
 διὰ χρυσῶν τινῶν πυλῶν ὁ ἠδιστος ἀφίκετο, χρυ-
 σῆς

expones? GALL. Cum tu, Micylle, somniare
 desieris, et deterferis mel a palpebris. Iam vero
 prior dicito, vti audiam, vtrum per eburneas
 portas, an per corneas aduolauerit tibi somnium.
 MIC. Per neutram harum, Pythagora. GALL.
 Verum Homerus solas istas duas refert. MIC.
 Valere iube nugatorem illum poetam, somnio-
 rum imperitum. Paupercula forte insomnia per
 illas exeunt, qualia ille, nec ipsa satis dilucide,
 caecus homo, videbat. At mihi per aureas quas-
 dam portas venit dulcissimum, aureum et ipsum,
 et

5. Ἐλεφαντίων πυλῶν] Somnia vana emitti
 per portam eburneam, vera per corneam,
 vid. etiam ap. Virgil. Aeneid. VI, 894. *Sunt
 geminae somni portae etc.* Reitz.



σῆς καὶ αὐτὸς, καὶ χρυσᾶ πάντα περιβεβλημέ-
νος, καὶ πολὺ ἐπαγόμενος χρυσίον. Α Λ Ε Κ.
Παῦε, ὦ Μίδα βέλτιζε, χρυσολογῶν. ἀτε-
χνῶς γὰρ ἐκ τῆς ἐκείνῃ σοι εὐχῆς τὸ ἐνίπνισιν,
καὶ μέταλλα 6) ὅλα χρυσίε κεκοιμησθαι μοι
δοκεῖς.

ΜΙΚ. Πολύ, ὦ Πυθαγόρα, χρυσίον εἶδον,
πολύ· πῶς οἶε καλὸν, οἷαν τὴν αὐγὴν ἀπα-
σράπτου; τί ποτε ὁ Πίνδαρός φησι περὶ αὐτῆ
ἐπαιῶν; ἀνάμνησον γάρ με, εἴπερ εἶσθα, ὅπό-
τε ὕδωρ ἄριστον εἰπὼν, εἶτα τὸ χρυσίον θαυ-
μάζει, εὐ φοιῶν, ἐν ἀρχῇ εὐθύς τῆ καλλίστῃ
τῶν

est auro vestitum undique, multum quoque auri
secum adferens. GALL. Desine, bone Mida,
aurum loqui. Sine dubio enim ex illius voto
istud tibi somnium, et tota auri metalla somniasse
mihi videris.

7. MIC. Multum, Pythagora, aurum vidi,
multum: quam putas pulchrum! quo splendore
fulgens? Quid tandem Pindarus in illius laude
dicit? in memoriam me repone, si nosti, cum
vbi aquam dixit optimam, deinde aurum admi-
ratur, bene ille quidem, in principio statim pul-
cherri-

6. μέταλλα] Metalla Latinis et Graecis scri-
ptoribus sunt loca, vnde metalla effodiuntur.

Gracius.



τῶν ἀσμάτων ἀπάντων. ΑΛΕΚ. Μῶν ἐκεῖνο
ζητεῖς,

"Αριστον μὲν ὕδωρ"

"Ὁ δὲ χρυσός, αἰθέμενον πῦρ

"Ἄτε διαπρέπει νυκτὶ,

Μεγάνερος ἔξοχα πλέττε;

ΜΙΚ. Νῆ Δία, αὐτὸ τῆτο. ὥσπερ γὰρ τῶ μὲν
ἐνύπνιον ἰδὼν ὁ Πίνδαρος, ἔτως ἐπαιεῖ τὸ
χρυσίον. ὡς δὲ ἤδη μάθης οἷόν τι ἦν, ἄκασον,
ᾧ σοφώτατε ἀλεκτρῶν. ὅτι μὲν ἔκ κικόσιτος
ἦν χθές, οἴσθα. Εὐκράτης γὰρ με ὁ πλέσιος
εἰτυχὼν ἐν ἀγορᾷ, λασάμενον 7) ἴκειν ἐκέλευε
τὴν ὥραν ἐπὶ τὸ δεῖπνον.

ΑΛΕΚ.

cherrimi canticorum omnium. GALL. Num
illud quaeris,

Aqua est illa quidem optima:

Aurum at, ardens flamma


Veluti nocte lucet,

Super incluta munera Pluti est.

MIC. Per Iouem, hoc ipsum. Velut enim so-
mnium meum vidisset Pindarus, sic laudat au-
rum. Vt vero iam scias, quale fuerit, audi, gal-
le doctissime. Heri me domi non coenasse, no-
sti. Eucrates enim diues in foro mecum vidif-
set, a balneo venire iussit hora dicta ad coenam.

8. GALL.

7. λασάμενον] Vera hic obseruatur verbi
medii potestas, i. e. *quum lauerim me*. Reitz.



· ΑΛΕΚ. Οίδα πάνυ τῆτο, πεινάσας παρ' ὄλην τὴν ἡμέραν, ἄχρι μοι βαθείας ἤδη ἐσπέρας ἤκεις ὑποβεβρεγμένος, τὰς πέντε ἐκείνους κούμας κομίζων, ἔ πάνυ δαψιλὲς τὸ δεῖπνον ἀλεκτρούνι ἀθλητῆ ἢ ποτε γενομένῳ, καὶ Ὀλύμπια ἐκ ἀφανῶς ἀγωνισαμένῳ. ΜΙΚ. Ἐπεὶ δὲ δειπήσας ἐπανῆλθον, ἐκάθευδον εὐθύς, τοὺς κούμας σοι παραβαλὼν. εἶτά μοι κατὰ τὸν Ὀμηρον, ἀμβροσίην διὰ νύκτα θεῖς τις, ὡς ἀληθῶς, ὄνειρος ἐπίσας. . . ΑΛΕΚ. Τὰ παρὰ τῷ Εὐκράτει πρότερον, ὦ Μίκυλλε, διήγησαι, καὶ τὸ δεῖπνον, οἷον ἐγένετο, καὶ τὰ ἐν τῷ συμποσίῳ πάντα. ἢ κωλύει γὰρ οὐδὲν αὐθις σε δειπνεῖν, ὥσπερ ὄνειρόν τινα τοῦ δεῖπνου ἐκεί-

8. GALL. Probe equidem noui, qui toto die esurierim, donec mihi sero vespere aliquantum vino madidus domum veniens, quinque illas fabas terres, coenam non valde lautam Gallo, qui athleta quondam fuerit, nec sine gloria certauerit Olympio. MIC. A coena igitur redi, obiecis tibi fabis, cubitum statim concessi. Tum mihi, vt Homerus ait, *Nocte sub ambrosia diuinum*, vere, *somnium adesse*. . . GALL. Illa prius, quae apud Eucratem acta sunt, Micylle, narra, et coenam qualis fuerit, et conuiuii rationem vniuersam. Neque enim quidquam prohibet, quo minus deuo coenes, et tamquam somnium quod-

Luc. Op. T. VI. B quod.



ἐκείνῃ προάγοντα, καὶ ἀναμνησκόμενον τῆ μνήμη τὰ βεβρωμένα.

ΜΙΚ. Ὡμην ἐνεχλήσειν, καὶ ταῦτα διηγέμετος. ἐπεὶ δὲ σὺ προθυμῆ, καὶ δὴ λέγω. οὐ πρότερον, ὧ Πυθαγόρα, παρὰ πλουσίῳ τινὶ δειπνήσας ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, τύχη τινὶ ἀγαθῇ ἐντυγχάνω χθὲς τῷ Εὐκράτει· καὶ ἐγὼ μὲν προσειπὼν αὐτὸν, ὥσπερ εἰώθειν, δεσπότης, ἀπηλαττόμην, ὡς μὴ κατασχύναιμι αὐτὸν, ἐν πενιχρῷ τῷ τρίβωνι συμπαραμαρτῶν. ὁ δὲ, Μίκυλλέ, Φησι, θυγατρὸς τήμερον ἐσιῶ γενέθλια, καὶ παρεκάλεσα τῶν Φίλων μάλα πολλὰς. ἐπεὶ δὲ τινα Φασὶν αὐτῶν μαλακῶς ἔχοντα οὐχ οἷόν τε εἶναι ξυνδειπνεῖν μεθ' ἡμῶν,
σὺ

quoddam illius coenae effingas, et memoria cibos quasi ruminando retrahes.

9. MIC. Putabam molestum tibi me futurum, si illa etiam enarrarem. Quando autem et tu vis, sane dico. Nunquam ante illum diem, Pythagora, cum tota vita mea apud diuitem coenassetem, bona quadam fortuna heri incido in Eucratem. Atque ego cum illum, ut solebam, salutassetem Dominum, abibam, ne pudori ipsi essem affectator cum paupere ac detrito palliolo. At ille, Micylle, inquit, natalicias hodie filiae meae epulas celebros, et vocavi amicorum plurimos. Quando autem aiunt quendam illorum, morbo impeditum, non posse coenare nobiscum,
tu



σὺ ἀντ' ἐκείνῃς ἦκε λυτάμενος, ἦν μὲν ὄγε κλη-
 θείς αὐτὸς εἶπη ἀφίξασθαι, ὡς νῦν γε ἀμφί-
 βολός ἐσι. τῆτο ἀκέσας ἐγὼ, προσκυνήσας,
 ἀπήσαν εὐχόμενος ἅπασι θεοῖς ἠπίχλόν τινα, ἢ
 πλευρίτιν, ἢ ποδάγραν ἐπιπέμψαι τῷ μαλακι-
 ζομένῳ ἐκείνῳ, ἔ' ἔφεδρος ἐγὼ, καὶ ἀντίδειπνος,
 καὶ διάδοχος ἐκεκλήμην· καὶ τὸ ἀχρι λουτρῶ,
 αἰῶνα μήκισον ἐτιθέμην, συνεχῆς ἐπισκοπῶν 8),
 ὅποσάπεν τὸ σοιχεῖον εἶη, καὶ πηνίκα ἤδη λε-
 λῆσθαι δέσι. καὶ περὶ ποτε ὁ καιρὸς ἀφίκετο,
 πρὸς

tu pro illo veni a balneo, nisi ipse qui vocatus
 est, adhuc condicat. Nam adhuc quidem dubius
 est. Hic ego auditis, illoque adorato, discessi
 vota faciens omnibus Diis, ut febricolosum hor-
 rorem, aut pleuritin, aut podagram illi aegroto
 immitterent, cui subessor ego, et coenae vica-
 rius atque successor vocatus eram. Atque tem-
 pus illud usque ad balneum, saeculum computa-
 bam longissimum, respiciens saepe, quot pedum
 umbra solaris esset, et quando me lotum esse
 oporteret. Et cum tandem venisset tempus, ce-

B 2

leri-

8. ἐπισκοπῶν] respiciens, quot pedum esset so-
 larii umbra. Veteres enim tempus metie-
 bantur pedibus ad proprii corporis umbram.
 Pollux lib. VI. c. 8. τῇ σκιά δ' ἐτεκμαί-
 ροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ·
 ἦν καὶ σοιχεῖον ἐκάλαν. Graevius.



πρὸς τάχος ἑμαυτὸν ἀπερρέψας ἀπέρχομαι,
 κασμίων μάλα ἐσχηματισμένος, ἀντισηψὺς τὸ
 τριβώνιον, ὡς ἐπὶ τῷ καθαρωτέρῳ γένοιτο ἢ
 ἀναβολῇ.

Καταλαμβάνω τε πρὸς ταῖς Σύρας ἄλλας τε
 πολλὰς, καὶ δὴ κακῆϊτον, Θερσίδην ὑπὸ τεττάρ-
 ρων κεκομισμένον, ᾧ με ὑπεδειπτεῖν ἔδει, τὸν
 νοσεῖν λεγόμενον καὶ ἐδήλα δὲ πονήρως ἔχων.
 ὑπέσειε γὰρ, καὶ ὑπέβηττε, καὶ ἐνέχρεμπτέτο
 μύχιον τι, δυσπρόσδοον, ἀχρὸς ἂν ὄλος, καὶ
 διωδικῶς, ἀμφὶ τὰ ἐξήκοντα ἔτη σχεδόν. ἐλέ-
 γετο δὲ φιλόσοφος τις εἶναι τῶν πρὸς τὰ μει-
 ράκια φλυαρχόντων. ὁ γὰρ πῶγων μάλα τρα-
 γικὸς

leriter me in pedes conicio, ab eo, in decentem
 maxime habitum compositus, conuerso palliolo,
 vt purior pars extra obuersa esset.

IC. Ac deprehendo ad ianuam cum alios mul-
 tos, tum illum quoque, a quatuor hominibus
 in lectica gestatum, cui ego substitutus conuiuia
 esse debebam, illum, qui aegrotare dicebatur;
 et manifestum erat illum male habere; subinde
 enim ingemiscebat, et tussiebat ex imis recessi-
 bus, ita vt prope ipsum accedere metueres, pal-
 lidus totus, atque tumidus, sexagenarius circi-
 ter: dicebatur vero philosophus esse de eo ge-
 nere, qui garrere solent apud adolescentulos.
 Barba quidem ei plane caprina erat, supra mo-
 dum



γικός ἦν, ἐς ὑπερβολὴν κεριῶν· καὶ αἰτιωμένω
 δὲ Ἀρχιβίῳ τῶ ἱατρῶ, δίστι ἔτως ἔχων ἀφί-
 κητο, Τὰ καθήκοντα, ἔφη, ἔχει προδιδόναι,
 καὶ ταῦτα Φιλόσοφον ἄνδρα, καὶ μυρία νόσοι
 ἐμποδῶν ἰσῶνται. ἠγήσεται γὰρ Εὐκράτης ὑπερ-
 εωρᾶσθαι πρὸς ἡμῶν. ἔμενεν εἶπον ἐγὼ, ἀλλ'
 ἐπαινέσεται σε, ἢ οἴκοι παρὰ σεαυτῷ μᾶλλον.
 ἀποθανεῖν ἐθέλοις, ἢ περ ἐν τῷ συμποσίῳ συν-
 αναχρηψάμενος τὴν ψυχὴν μετὰ τῶ φλέγμα-
 τός. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὑπὸ μεγαλοφροσύνης οὐ
 προσεποιεῖτο ἀκηκόεσθαι τῶ σκώματος· ἐφί-
 σαται δὲ μετὰ μικρὸν ὁ Εὐκράτης λελαμένος,
 καὶ ἰδὼν τὴν Θεσμόπολιν (τῶτο γὰρ ὁ Φιλόσο-
 φος ἐκαλεῖτο) Διδάσκαλέ, Φησιν, εὖ μὲν ἐποίη-
 σας αὐτὸς ἦκων πρὸς ἡμᾶς· ἔμειον δ' ἄν τι σοι
 ἐγένετο,

dum tonsorem inuitans. Atque accusante illum
 Archibio medico, quod ita sese habens veniret,
 officium, inquit, non decet deserere, virum prac-
 sertim philosophum, si vel sexcenti morbi obsistant:
 contemptum enim se a nobis putaret Eucrates. Quin,
 dicebam ego, laudabit te, si domi apud te potius
 mori velis, quam in conuiuio ipsam cum picuita
 animam exussiens. Ille quidem magnitudine
 quadam animi se audisse dictum dissimulabat.
 Adest vero paullo post lotus Eucrates ac videns
 Thesimopolin, hoc enim vocabatur philosophus,
 Bene tu quidem, inquit, fecisti, Magister, ad nos
 cum venisti: sed nihil damni, facturus eras, nam
 B 3 absen-



ἐγένετο, καὶ ἀπόντι γὰρ ἅπαντα ἐξῆς ἐπέστα-
το ἄν. καὶ ἅμα λέγων εἰσῆει χεῖρας ὀρέγων
αὐτῷ, ἐπερειδομένῳ καὶ τοῖς οἰκέταις.

Ἐγὼ μὲν ἔν ἀπιένῃ παρσκευαζόμενῃ· ὁ δὲ
ἐπιστραφείς, καὶ ἐπιπολὺ ἐνδοσίας, ἐπεὶ μὲ
παῖν σκυθρῶπὸν εἶδε, Πάριθι, ἔφη, καὶ σὺ,
ὦ Μίκυλλε, καὶ συνδείπνει μεθ' ἡμῶν· τὸν
υἱὸν γὰρ ἐγὼ κελεύσω ἐν τῇ γυναικωνίτιδι με-
τὰ τῆς μητρὸς ἐσιαθῆναι, ὡς σὺ χώραν ἔχῃς.
εἰσῆειν οὖν μάτην λύκος χαλῶν παρὰ μικρῶν
ἀίσχυνόμενος ὅτι ἐδόκεν ἐξεληλακέναι τῆ συμ-
ποσίῃ τὸ παιδίον τῆ Εὐκράτης. καὶ πειδὴ κα-
τακλίνεσθαι καιρὸς ἦν, πρῶτον μὲν ἀράμενοι,
ἀνέθεσαν τὸν Θεσμῶπολιν, ἔκ ἀπραγμόνως, νῆ
Δία,

*absenti etiam omnia deinceps missurus eram: et
cum his verbis intrat manus illi praebens seruis
insuper innixo.*

II. Ego igitur abire parabam, cum ipse con-
versus, multumque dubitans, cum vultu me
valde deiecto videret, *Accede, inquit, tu etiam
Micylle, et coena nobiscum. Filium enim iubebo
in gynaeconitide epulari cum matre, ut locum tu
habeas.* Intro igitur eo, tantum non frustra
hians lupus, erubescens quod conuivio expu-
lisse viderer filium Eucratis. Cum accumbendi
iam tempus esset, primo sublatum apposuerunt
Thesmopolin non sine labore quinque, puto,
iue-



Δία, πέντε, οἶμαι, νβανίσκοι εὐμεγέθεις, ὑπ-
 αυχένια περιβύσαντες αὐτῷ πάντοθεν, ὡς δια-
 μένοι ἐν τῷ σχήματι, καὶ ἐπιπολὺ καρτερεῖν
 δύνατο. εἶτα μηδενὸς ἀνεχομένε πλησίον κα-
 τὰ κῆσθαι αὐτῶ, ἐμὲ κατακλίνεσι φέροντες,
 ὡς ὁμοτράπεζοι 9) εἶημεν. τῶν τεῦθεν ἐδειπνῶ-
 μεν, ὧ Πυθαγόρα, πολυόψεν τι καὶ ποικίλον.
 δεῖπνον, ἐπὶ χρυσῶ πολλῶ, καὶ ἀργύρε· καὶ ἐκ-
 πώματα ἦν χρυσῶ, καὶ διάκονοι ὠραῖοι, καὶ
 μουσουργαί, καὶ γελωτοποιοί, καὶ ὄλωσ, ἡδί-

57

iuuenes bene magni, cervicalibus illum fulcien-
 tes vndique, vt eo situ maneret, ac durare ali-
 quamdiu posset. Deinde quod nemo prope il-
 lum accumbere sustineret, me eo detrudunt, vt
 eadem mensa vteremur. Hinc igitur coenauim-
 us, Pythagora, multi cibi coenam et variam,
 aurique multi atque argenti. Et pocula erant
 aurea; et ministri formosi, et symphoniaci, et
 ridicularii: atque in vniuersum, suauissime tem-

B 4

pus

9. ὁμοτράπεζοι] Non hoc solum videtur velle
 Micyllus, eodem se in lecto accubuisse, sed
 mensae societatem indicat, non modo illam
 communem, verum etiam peculiarem. Nempe
 mensa etiam minor suppellex, tabula,
 lanx, in qua vni vel duobus sua cibi portio
 apponitur. Notum est illud Aen. VII, 15.
Heus etiam mensas consumimus. Gesner.



ση τίς ἦν ἡ διατριβή, πλὴν ἀλλὰ ἐν με ἐλύπει.
 ἔμετρίως, ὁ Θεσμύπολις ἐνοχλῶν, καὶ ἀρετὴν
 τινα πρὸς με διεξιῶν, καὶ διδάσκων, ὡς αἱ δύο
 ἀποφάσεις μίαν κατὰφασιν ἀποτελεῖσι, καὶ
 ὡς εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νύξ ἔκ ἐστιν, ἐνίστε δὲ καὶ κέ-
 ρατα ἔφασκεν εἶναί μοι, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἔ-
 δὲν δεομένῳ περὶ φιλοσοφῶν συνείρει, καὶ ὑπε-
 τέμνετο τὴν εὐφροσύνην, ἔκ ἐῶν ἀκχεῖν τῶν
 κιθαριζόντων, ἢ ἀδόντων. τῆτο μὲν σοι, ὦ
 ἀλεκτρυῶν, τὸ δεῖπνον. ΑΛΕΚ. Οὐχ ἡδιστοί,
 ὦ Μίκυλλε, καὶ μάλισα ἐπεὶ συνεκληρώθης τῷ
 λήρῳ ἐκείνῳ γέροντι.

ΜΙΚ. Ἄκχε δὴ καὶ τὸ ἐνύπνιον. ἴωμην γάρ
 τὸν Εὐκράτην αὐτὸν ἀπαίδα ὄντα, ἔκ οἶδ' ὅπως
 ἀπο-

pus traducebatur: nisi quod vnum male me ha-
 bebat, nempe non mediocriter molestus mihi
 Thesmopolis, qui quandam mihi Virtutem nar-
 raret, doceretque, negationibus duabus vnā
 effici affirmationem; et, si dies sit, noctem non
 esse; et, cornua dicebat me habere; ac talia mul-
 ta, philosophiam mihi non petenti impertiens,
 continuato sermone blaterabat, interpellabatque
 hilaritatem, qui non pateretur citharam pulsanti-
 tibus canentibusque attendere. Habes, galle,
 coenam. GALL. Non iucundissimam, Micylle, ma-
 xime cum fors te ad delirum illum senem detulerit.

12. MIC. Iam audi etiam Somnium. Vide-
 batur mihi ipse Eucrates, orbus nescio quomo-
 do,



ἀποθνήσκειν, εἶτα προσκαλέσαντά με, καὶ δια-
 θήκας θέμενοι, ἐν αἷς ὁ κληρονόμος ἦν ἀπάντων.
 ἐγὼ, μικρὸν ἐπισχόντα, ἀποθανεῖν ἐμαυτὸν.
 δὲ παρελθόντα ἐς τὴν ἐσίαν, τὸ μὲν χρυσίον
 καὶ τὸ ἀργύριον ἐξαντλεῖν σκῆφαις τισὶ μεγά-
 λαις, ἀένκον τε καὶ πολὺ ἐπιρρέον· τὰ δ' ἄλλα,
 τὴν ἐσθῆτα, καὶ τραπέζας, καὶ ἐκπώματα, καὶ
 διακόνους, πάντα ἐμὰ, ὡς τὸ εἶκος, εἶναί. εἶ-
 τα ἐξήλαυνον ἐπὶ λευκῇ ζεύγας, ἐξυπτίζων,
 περίβλεπτος ἅπασιν τοῖς ὀρώσιν καὶ ἐπίφθορος,
 καὶ πρέθεον πολλοί, καὶ περιίππευον, καὶ εἶ-
 ποντο πλείους. ἐγὼ δὲ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐκείνην
 ἔχων, καὶ δακτυλίας βαρεῖς ὅσον ἐκκαίδεκα ἐξ-
 ημμένους τῶν δακτύλων, ἐκέλευον ἐσίασίν τινά
 λαμ-

do, moribundus advocare me, et testamento
 condito, quo heres ex asse scriptus eram ego,
 paullo post mori. Me autem adita hereditate
 aurum quidem et argentum scaphis quibusdam
 magnis haurire, perpetuo et copiose adfluens:
 reliqua autem, vestem, mensas, pocula, mini-
 stros, mea esse nimirum omnia. Tum albis eue-
 hebar bigis, supinus, conspiciendus omnibus,
 qui me viderent, et invidendus. Ac praecurre-
 bant multi, ac circa me equitabant, plures au-
 tem sequebantur. Ego autem vestem habens il-
 lius et anulos, quam graues! sexdecim, aptos
 digitis, iuebam conuiuium quoddam splendi-



λαμπράν εὐτρεπισθῆναι ἐς ὑποδοχὴν τῶν Φίλων. οἱ δὲ, ὡς ἐν ὄνειρῳ εἰκὸς, ἤδη παρήσαν, καὶ τὸ δεῖπνον ἄρτι συνεκομίζετο (C.), καὶ ὁ πότος συνεκροτέϊτο· ἐν τῷ ὄντι με, καὶ Φιλοτησίως προπίνοντα ἐν χρυσαῖς Φιάλαις ἐκάσω τῶν παρόντων, ἤδη τῶν πλακῆντες εἰσηκομιζομένους, ἀναβοήσας ἀκαίρως, συνετέρεξας μὲν ἡμῖν τὸ συμπόσιον, ἀνέτρεψας δὲ τὰς τραπέζας, τὸν δὲ πλεονεκτικὸν διασκεδάσας, ὑπηνέμιον φέρουσα παρῆσθαι. ἄρα σοι ἀλόγως

dum parati, ad excipiendos amicos. Illi vero, ut in somnio etiam fieri probabile est, iam aderant. Ac coena iam referebatur; iam instaurabatur potatio. In hoc iam eram, et amicitiae poculum in aureis phialis propinabam praesentium unicuique; iam placenta efferebatur, cum tu intempestiuo cantu perturbasti nobis convivium, mensas evertisti, diuitias illas dissipasti, et ut ludibrium ventis volaret effecisti. Numquid

· IO. τὸ δεῖπνον ἄρτι συνεκομίζετο] Verbum hoc, ad mortuorum curam et sepulturam pertinens, non sine lepore ad finem coenae, et ciborum ablationem refertur, cum saturati cibo conuiuae ad laetiores inuitatiunculas et pocula vberiora transcunt. Itaque probati lectionem Ald. 2. et Hagen. ἐκομιζομένους. Gesner.



γως ἀγανακτῆσαι κατὰ σὲ δοκῶ, ὡς τριέσπε-
ρον ἂν ἠδέως ἔτι εἶδον τὸν ὄνειρόν μοι γενόμενον;

- ΛΕΚ. Οὕτω Φιλόχρυσος εἶ καὶ Φιλόπλευ-
τος, ὦ Μίκυλλε, καὶ μόνον τῆτο ἐξ ἅπαντος
θαυμάζεις, καὶ ἠγῆ εὐδαίμων εἶναι πολὺ κεκτῆ-
σθαι χρυσίον; ΜΙΚ. Οὐκ ἐγὼ μόνος, ὦ Πυ-
θαγόρα, τῆτο, ἀλλὰ καὶ σὺ αὐτὸς, ὅποτε Εὐ-
φορβος ἦσθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐξημμένος
τῶν Βοσρύχων, ἐξήεις πολυμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς,
καὶ ἐν τῷ πολέμῳ, ἐνθα σιδηροφορεῖν μᾶλλον
ἢ χρυσοφορεῖν ἀμεινον ἦν· σὺ δὲ καὶ τότε ἠξίως
χρυσῷ διαδεδεμένως τὰς πλοκάμους ἔχων δια-
κινδυνεύειν. καὶ μοι δοκεῖ "Ὀμηρος διὰ τοῦ-
το Χαρίτεσσιν ὁμοίως εἰπεῖν σου τὰς κόμας,
ὅτι

quid sine ratione indignari tibi videor, qui tri-
bus mihi perpetuis noctibus si adhuc contingeret
illud somnium, lubens illud viderem?

13. GALL. Adeone amans es auri atque diui-
tiarum, Micylle, et tantum hoc ex omnibus ad-
miraris, et beatum esse putas multum possidere
aurum? MIC. Non ego solus, Pythagora, hoc
facio, sed tu etiam ipse, cum Euphorbus esses,
aurum atque argentum de cincinnis suspensum
gerens in pugnam contra Achiuos exhibas, in
bello, inquam, ubi ferrum gestare quam aurum
præstabat. Tu vero tum etiam volebas reuin-
ctos auro cincinnos habens subire pericula. Et
videtur mihi ob id ipsum *similes*. *Gratiis* vocasse
comas



ὅτι χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφῆκῶντο· μακρῷ
 γὰρ ἀμείνως δηλαδὴ καὶ ἐρασμιώτερον ἐφαίνον-
 το συναναπεπλεγμένα τῷ χρυσίῳ, καὶ συνα-
 πολάμπυσσαι μετ' αὐτῶ. καίτοι τὰ μὲν σὰ, ὡ
 χρυσοκόμη, μέτρια, εἰ Πάνθη υἱὸς ὄν, ἐτί-
 μας τὸ χρυσίον. ὁ δὲ πάντων θεῶν πατήρ,
 καὶ ἀνδρῶν, ὁ Κρόνος καὶ Ῥέας, ὡς ποτε ἠρά-
 σθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μείρακος, ἐκ ἔχων
 εἰς ὅ, τι ἐρασμιώτερον αὐτὸν μεταβάλοι, ἔδδ'
 ὅπως ἂν διαφθείρειε τῶ Ἀκρισίῳ τὴν Φρουρῆν,
 ἀνέκεις ἤδη πρὸς ὡς χρυσίον ἐγένετο, καὶ ῥυεῖς
 διὰ τῶ τέγες, συνῆν τῇ ἀγαπωμένῃ. ὡς τε τί
 ἂν σοι τὸ ἐπὶ τ' τῶ ἔτι λέγοιμι; ἔσας μὲν
 χρύκας παρέχετα ὁ χρυσοός· ὡς δὲ οἷς ἂν παρῆ,
 καλές

comas tuas Homerus, quod argento constringe-
 bantur et auro. Longe nimirum praestantiores
 videbantur et amabiliiores, implexae auro et cum
 illo lucentes. Atque illud de te quidem medio-
 cre est, si, Panthi filius, magni aurum fecisti.
 Verum ille Deum pater atque hominum, Satur-
 ni ille et Rheae filius, qui quondam Argolicae
 illius puellae amore captus est, cum non habe-
 ret in quod amabilius se mutaret, neque Acrisii
 custodiam quomodo corrumperet, iam audisti
 alicubi, ut aurum factus illapsusque per tegulas,
 cum amasia congressus sit. Quid ergo post il-
 lud tibi dicam amplius? Quot aurum utilitates
 praestet? Quam illos, quibus adsit, pulchros
 ipsos



καλῆς τε αὐτῆς, καὶ σοφῆς, καὶ ἰσχυρῆς ἀπε-
κηρύσσεται, τιμὴν καὶ δόξαν συνάπτων, καὶ ἐξ
ἀφανῶν καὶ ἀδέξων ἐνίοτε περιβλέπτους καὶ
ἀειδίμους ἐν βραχεῖ τίθησι.

Τὸν γείτονα γέν μοι τὸν ἐμίτεχνον οἶσθα,
τὸν Σίμωνα, ἃ πρὸ πολλῶν δειπνήσαντα παρ'
ἐμοί, ὅτε τὸ ἔθνος ἤψεν τοῖς Κρονίοις, δύο τέρ-
μες τῶ ἀλλήαντος ἐμβαλῶν. ΛΛΕΚ. Οἶδα,
τὸν σιμόν, τὸν βραχύν, ὃς τὸ κεραμεῦν τρύ-
βκιον ὑφελόμενος, ὤχετο ὑπὸ μάλης ἔχων,
μετὰ τὸ δεῖπνον, ὃ κένον ἡμῖν ὑπῆρχεν. εἶδόν
γὰρ αὐτὸς, ὦ Μικυλλε. ΜΙΚ. Οὐκᾶν ἐκεῖνος
αὐτὸ κλέψας, εἶτα ἐπωμόσατο θεοὺς τυσού-
τους, ἀλλὰ τί ἔκ ἐμήνυες, καὶ ἐβόας τότε,
ὦ

iplos et sapientes et fortes reddat, honore ipsis
conciliato et gloria? quamque ex obscuris igno-
bilibusque interdum conspicuos breui reddat ac
celebres?

14. Nosti enim vicinum meum, artificii mei
hominem, Simonem, qui non ita diu est, cum
mecum coenauit, cum coquerem ex fractis le-
guminibus pulticulam, Saturnalibus, iniectis duo-
bus de farcimine frustis. GALL. Noui, si-
mum illum, breuem, qui fictilem quam solam
habebamus patellam furatus, et sub ala occultans
abiit post coenam. Vidi enim ipse, Micylle.
MIC. Igitur ille furatus, tot deinde peieravit
Deos? Sed cur non indicabas, et clamabas tum,
galle,



ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ ἐρῶσιν αὐτῆ καὶ αἱ γυναῖκες· ὁ δὲ θρῦπτεται καὶ πρὸς ταύτας, καὶ ὑπερορᾷ, καὶ τὰς μὲν προσίεται, καὶ ἰλεώς ἐσιν, τὰ δὲ ἀπειλᾶσιν ἀνελεῖν αὐτάς, ἀμελέμενα. ὁρᾷς ὅσων ἀγαθῶν ὁ χρυσὸς αἴτιος, εἴ γε καὶ μεταποιεῖ τὰς ἀμόρφους, καὶ ἐρασμίως ἀπεργάζεται, ὥσπερ ὁ ποιητικὸς ἐκεῖνος κερὸς. ἀκούεις δὲ καὶ τῶν ποιητῶν λεγόντων

Ὁ χρυσὸς δεξίωμα κάλλιπον κτέρας 13). καὶ,

Χρυσὸς γὰρ ἐσιν, ἐς βροτῶν ἔχει κράτη.
ἀλλὰ τί μεταξὺ ἐγέλασας, ὦ ἀλεκτρυῶν;

ΑΛΕΚ.
mon vocor, sed Simonides. Maximum vero illud est, quod eum amant etiam mulieres: at ille apud has quoque delicatum se facit, easque despicit: et alias quidem admittit propitius; aliae vero minantur, futurum ut mortem sibi consciscant, si porro negligantur. Vides, quantorum bonorum aurum causa sit; siquidem deformes etiam refingit, et, ut poëticus ille cestus, reddit amabiles. Audis vero et poëtas dicentes:

Pecunia ingens generis humani bonum; et,
Pecunia in res regimen humanas tenet.
Sed quid inter haec ridebas, galle?

15. GALL.
13. κτέρας] Κτέρας hic locum habere non videtur. Guier. Recipiatur ergo pro eo βροτοῖς ex Eurip. vertaturque, Aurum res iucundissima mortalibus. Reitz.



ΑΛΕΚ. "Οτι ὑπ' ἀγνοίας, ὦ Μίκυλλε, καὶ
 σὺ τὰ ἔμοια τοῖς πολλοῖς ἐξηπάτησαι περὶ τῶν
 πλεσίων. οἶδ', εὖ ἴσθι, πολὺ ἀθλιώτερον
 ὑμῶν τὸν βίον βιάσι. λέγω δέ σοι, καὶ πείνης
 καὶ πλέσιος πολλάκις γενόμενος, καὶ ἅπαντος
 βίᾳ πεπειραμένος· μετὰ μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸς
 εἴσῃ ἕκαστα. ΜΙΚ. Νῆ Δία, καιρὸς γένῃ ἤδη
 καὶ σὲ εἰπεῖν ὅπως ἡλλάγῃς, καὶ ἅ συννοισθατῶ
 βίᾳ ἐκάσω. ΑΛΕΚ. "Ληγε, τσοῦτόν γε προ-
 ειδῶς, μηδένα με σῶ εὐδαιμονέστερον βιοῦντὰ
 ἔωρακένοι. ΜΙΚ. Ἐμᾶ, ὦ Ἀλεκτριῶν; ἔτω
 σοι γένοιτο. προάγεις γάρ με λοιδορεῖσθαί σοι.
 ἀλλὰ εἰπέ ἀπὸ Εὐφόρβου ἀρξάμενος, ὅπως
 ἐς

15. GALL. Quod ignorantia quadam tu et-
 iam, Micylle, similiter ac reliquum vulgus, de-
 ceptus es circa diuites. At illi, bene noris, mul-
 to miseriorem quam vos vitam agunt. Hoc tibi
 dico, qui et pauper et diues saepe fuerim, et vi-
 tae vniuscuiusque fecerim experimentum; paullo
 post autem tu quoque scies singula. MIC. Sic
 per Iouem: tempus enim iam est, vt dicas, quo-
 modo mutatus fueris, et quorum de vnaquaque
 vita tibi sis conscius. GALL. Audi ergo. Ve-
 rum hoc ante noris, neminem mihi visum, te
 qui viueret beator. MIC. Me, galle? Ita tu
 beatus sis! irritas enim me, vt tibi maledicam.
 Verum dic ab Euphorbo inde facto initio, quo-
 Luc. Op. T. VI. C modo



ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. τὸ δὲ μέγιστον,
ὅτι καὶ ἐρῶσιν αὐτῶ καὶ αἱ γυναῖκες· ὁ δὲ φρύ-
πτεται καὶ πρὸς ταύτας, καὶ ὑπερορᾷ, καὶ τὰς
μὲν προσίσταται, καὶ ἰλεώς ἐστίν, αἱ δὲ ἀπειλᾶσιν
ἀνελεῖν αὐτὰς, ἀμελέμεναι. ὁρᾷς ὅσων ἀγα-
θῶν ὁ χρυσὸς αἴτιος, εἴ γε καὶ μεταποιεῖ τῆς
ἀμόρφης, καὶ ἐρασμίας ἀπεργάζεται, ὡσπερ ὁ
ποιητικὸς ἐκείνος κενός. ἀκούεις δὲ καὶ τῶν
ποιητῶν λεγόντων

Ὡ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιπον κτέρας (3). καὶ,
Χρυσὸς γὰρ ἐστίν, ἐς βροτῶν ἔχει κράτη.
ἀλλὰ τί μεταξύ ἐγέλασας, ὦ ἀλεκτροῦν;

ΑΛΕΚ.
non vocor, sed Simonides. Maximum vero illud
est; quod eum amant etiam mulieres: at ille
apud has quoque delicatum se facit, easque de-
spicit: et alias quidem admittit propitius; aliae
vero minantur, futurum ut mortem sibi consci-
scent, si porro negligantur. Vides, quantorum
bonorum aurum causa sit; siquidem deformes
etiam refingit, et, ut poëticus ille cestus, reddit
amabiles. Audis vero et poëtas dicentes:

Pecunia ingens generis humani bonum; et,
Pecunia in res regimen humanas tenet.
Sed quid inter haec ridebas, galle?

15. GALL.
[13. κτέρας] Κτέρας hic locum habere non
videtur. Guiet. Recipiatur ergo pro eo
βροτοῖς ex Eurip. vertaturque, *Aurum res
iucundissima mortalibus.* Reitz.



ΑΛΕΚ. "Οτι ὑπ' ἀγνοίας, ὦ Μίκυλλε, καὶ
 σὺ τὰ ἔμοια τοῖς πολλοῖς ἐξηπάτησαι περὶ τῶν
 πλεσίων. οἶδ', εὖ ἴσθι, πολὺ ἀφλιώτερον
 ὑμῶν τὸν βίον βιάσι. λέγω δέ σοι, καὶ πείνης
 καὶ πλεσίος πολλάκις γενόμενος, καὶ ἅπαντος
 βίῃ πεπειραμένος· μετὰ μικρὸν δέ καὶ αὐτὸς
 εἴση ἕκαστα. ΜΙΚ. Νῆ Δία, καιρὸς γένῃ ἤδη
 καὶ σέ εἰπεῖν ἔπως ἡλλάγῃς, καὶ ἄ συννοισθῆταί
 βίῳ ἐκάστω. ΑΛΕΚ. "Ληγε, τσοῦτόν γε προ-
 ειδῶς, μηδένα με σῶ εὐδαιμονέστερον βιοῦντᾶ
 ἔωρακένα. ΜΙΚ. Ἐμῶ, ὦ Ἀλεκτριῶν; ἔτω
 σοι γένοιτο. πράγεις γάρ με λοιδορεῖσθαί σοι.
 ἀλλὰ εἰπέ ἀπὸ Εὐφώρβου ἀρχάμενος, ὅπως
 ἐς

15. GALL. Quod ignorantia quadam tu etiam, Micylle, similiter ac reliquum vulgus, deceptus es circa diuites. At illi, bene noris, multo miseriorem quam vos vitam agunt. Hoc tibi dico, qui et pauper et diues saepe fuerim, et vitae vniuscuiusque fecerim experimentum: paullo post autem tu quoque scies singula. MIC. Sic per Iouem: tempus enim iam est, vt dicas, quomodo mutatus fueris, et quorum de vnaquaque vita tibi sis conscius. GALL. Audi ergo. Verum hoc ante noris, neminem mihi visum, te qui viueret beator. MIC. Me, galle? Ita tu beatus sis! irritas enim me, vt tibi maledicam. Verum dic ab Euphorbo inde facto initio, quomodo
 Luc. Op. T. VI. C modo



ἐς Πυθαγόραν μετεβλήθης, εἶτα ἐξῆς ἄγχι τῷ
ἀλεκτρυόνος· εἰκὸς γάρ σε ποικίλα καὶ ἰδεῖν καὶ
παθεῖν, ἐν πολυειδέσι τοῖς βίοις.

— Α Λ Ε Κ. Ὡς μὲν ἐξ Ἀπόλλωνος 14) τὸ πρῶ-
τον ἡ ψυχὴ μοι καταπταμένη εἰς τὴν γῆν ἐνέδου
ἐς ἀνθρώπου σῶμα, ἦν τινα τὴν καταδίηκην ἐκ-
τελέσσει, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, ἄλλως τε ἔτε
ἴσσιον ἔτε ἐμοὶ εἶπεῖν, ἔτε σοὶ ἀκχεῖν τὰ τοιαῦ-
τα. ἐπεὶ δὲ Εὐφορβὸς ἐγενόμην . . . ΜΙΚ.
Ἐγὼ δὲ πρό γε τούτου, ὦ θαυμάσιε, τίς
ἦν, τοῦτό μοι πρότερον εἶπε, εἰ κἀγὼ ποτε
ἠλλάγην ὡσπερ σύ. Α Λ Ε Κ. Καὶ μάλα.
ΜΙΚ.

modo mutatus sis in Pythagoram, ac deinceps
vsque ad gallum: verisimile enim est multa vi-
disse te ac passum, in diuersis adeo vitis.

16. GALL. Quomodo ex Apolline primum
anima mea deuolans in terram hominis corpus
subierit, quam ita poenam luerit, longum fuerit
dicere: et alioqui neque dicere mihi talia fas est,
neque tibi audire. Cum vero Euphorbus essem . . .
MIC. Ego vero ante haec, o admirabilis, quis
fuerim, hoc mihi prius dicito. Vtrum ego quo-
que, sicut tu, immutatus sum? GALL. Ita sane.
MIC.

14. ἐξ Ἀπόλλωνος] Seruat decorum Lucia-
nus. Volebat suspicionibus quibusdam ho-
mines inducere Pythagoras, vt crederent,
se esse Apollinem. Vid. *Iamblicus* l. 177.
et *Porphyr.* l. 28. *Gesner.*



ΜΙΚ. Τίς ἔν ἤν, εἴ τι ἔχεις εἰπεῖν; ἐθέλω γάρ
 τῷτο εἰδέναί. ΑΛΕΚ. Σὺ; μύρμηξ Ἰνδικός
 τῶν τὸ χρυσίον ἀνορυπτόντων. ΜΙΚ. Εἴτα
 ὤκνην ὁ κακοδαίμων ὀλίγον τῶν ψηγμάτων ἤκειν
 ἐς τὸν βίον, ἐξ ἐκείνη ἐπισιτισάμενος (15); ἀλ-
 λά καὶ τί μετὰ τῷτο ἔσομαι, εἴπῃς· εἰκὸς γάρ
 εἰδέναί σε. εἰ γάρ τι ἀγαθὸν εἴη, ἀπάγξομαι
 ἤδη ἀνάσας ἀπὸ τῆ παττᾶλα, ἐφ' ἧ σὺ ἔσηκας.
 ΑΛΕΚ. Οὐκ ἂν μάθοις τῷτο ἔδεμιᾶ μηχανῆ.

Πλήν

ΜΙC. Quis igitur fui? numquid habes dicere?
 volo enim hoc scire. GALL. Tu formica Iudica
 de eo genere, quae aurum effodiunt. ΜΙC.
 Tum pigratus sum miser, paucarum micarum
 sumto inde viatico in hanc vitam venire? Ve-
 rum etiam, quid post ero, mihi dic: verisimile
 enim est te scire. Si enim bonum quid fuerit,
 surgam statim, et ab ipso illo, in quo tu modo
 insistis, clauo me suspendam. GALL. Nullo
 istud modo resciscas.

C 2

17. Ve-

15. ὤκνην — ἤκειν — ἐπισιτ.] Nihil deest
 ad sensum, modo aliter construantur verba,
 quam adhuc factum, aut leuissima transpo-
 sitione iuventur, ad quam Gesneri versio
 pronum iter monstrat. Conf. supr. Alex. c.
 6. ἐπεσιτίσαντό τε τὰ ἀρχῆντα, infra
 Icar. c. 11. Bis Accus. c. 28. ἐπεὶ δὲ ἰκα-
 νῶς ἐπεσιτίσατο. Vnde videbis, non esse
 alo, comedo, vt vulgo, sed in viaticum capio,
 C. de frumento mihi prospicio. Reitz.



Πλὴν ἀλλὰ ἐπεὶ περ Εὐφωρβος ἐγενόμην (ἐπ-
 άνειμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα) ἐμαχόμεν ἐν Ἰλίῳ, καὶ
 ἀποθανὼν ὑπὸ Μενελάῳ, χρόνῳ ὕστερον ἐς Πυ-
 θαγόραν ἦκον. τέως δὲ περιέμενον ἄοικος ἐστὼς,
 ἄχρι δὴ ὁ Μνήσαρχος ἐξεργάσηταί μοι τὸν οἶ-
 κον. ΜΙΚ. "Ἀσιτος ὦν, ὦ τᾶν, καὶ ἄποτος;
 ΑΛΕΚ. Καὶ μάλα. εἰδὲ γὰρ εἶδει τέτων, ἢ μέ-
 νω τῷ σώματι. ΜΙΚ. Οὐκ ἔν τὰ ἐν Ἰλίῳ πρό-
 τερόν μοι εἶπέ' τοιαῦτα ἦν οἶά φησιν "Ὀμηρος
 γενέσθαι αὐτά; ΑΛΕΚ. Πόθεν ἐκεῖνος ἠπίσα-
 το, ὦ Μίκυλλε, ὅς γιγνομένων ἐκείνων, κάμη-
 λος ἐν Βάκτροις ἦν. ἐγὼ δὲ τοσούτον σοι φημι
 ὑπερφυῆς μηδὲν γενέσθαι τότε, μήτε τὸν Αἴαν-
 τα

17. Verum enim vero cum Euphorbus essem,
 ad illa enim redeo, pugnavi ad Ilium, interfe-
 ctusque a Menelao, interiecto aliquo tempore
 veni in Pythagoram: interim vero sine domo
 mansi, dum pararet mihi Mnesarchus domici-
 lium. ΜΙΚ. Cibine, o noster, expers et po-
 tus? GALL. Nimirum. neque enim indige-
 bat his, nisi solum corpus. ΜΙΚ. Numquid er-
 go res Iliacae, hoc mihi prius dicito, tales sunt,
 quales gestas esse Homerus ait? GALL. Vnde
 iste sciret, Micylle? qui, cum ista fierent, Ca-
 melus esset in Baetris? Ego vero tantum tibi
 dico: supra naturam tum factum esse nihil, nec
 fuisse tum, neque ita magnum Aiacem, neque
 Hele-



τα ἔτω μέγαν, μήτε τὴν Ἑλένην αὐτὴν ἔτω
καλὴν, ὡς οἴονται. εἶδον γὰρ λευκὴν μὲν τινα
καὶ ἐπιμήκη τὸν τράχηλον, ὡς εἰκάζειν κύκνα
φυγατέρα εἶναι· τὰλλὰ δέ, πάνυ πρεσβύτιν,
ἡλικιωτὴν σχεδὸν τῆς Ἑκάβης, ἣν γε Θησεὺς
πρῶτον ἀρπάσας, ἐν Ἀφιδνίσι εἶχε, κατὰ τὸν
Ἡρακλέα γενόμενος· ὁ δὲ Ἡρακλῆς πρότερον εἶ-
λε Τροίαν κατὰ τὰς πατέρας ἡμῶν, τὰς τότε
μάλισα. διηγεῖτο γὰρ μοι ὁ Πάνθος ταῦτα,
κομιδῇ μενέριον ὦν, ἑωρακένας λέγων τὸν Ἡ-
ρακλέα. ΜΙΚ. Τί δέ, ὁ Ἀχιλλεὺς τοιοῦτος ἦν
ἄριστος τὰ πάντα, ἢ μῦθος ἄλλος καὶ ταῦτα;
ΛΛΕΚ. Ἐκείνω μὲν οὐδὲ συνηέχθην, ὦ Μί-
κυλλε, οὐδ' ἂν ἔχοιμί σοι οὕτως ἀκριβῶς τὰ
παρὰ

Helenam ipsam ita pulchram, vt putant. Vidi
enim candidam quidem aliquam, longo collo, vt
cygni filiam agnosceres, caeterum valde anum,
et Hecubae fere aequalem; quam Theseus pri-
mum raptam habuerit Aphidnis, qui cum Her-
cule vixit. Hercules autem prius Troiam cepe-
rat, patrum, qui tum erant, nostrorum circiter
aetate. Narrabat mihi enim ista Panthus, di-
cens, visum a se, puero admodum, Herculem.
MIC. Quid vero, Achillesne talis fuit, praestan-
tissimus vndique? an haec quoque temere confi-
cta? GALL. Cum illo nihil mihi negotii fuit,
Micylle. Neque possim tibi accurate adeo, quae
C 3 apud



παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς λέγειν· πόθεν γάρ, πολέ-
μιος ὢν; τὸν μέντοι ἐτάϊρον αὐτῷ τὸν Πάτρο-
κλον ἐχάλεπῶς ἀπέκτεινα, διελάσας τῷ δό-
ρατι. ΜΙΚ. Εἶτά σε ὁ Μενέλαος μακρῶ εὐχε-
ρέστερον ἄλλα ταῦτα μὲν ἰκανῶς· τὰ Πυθαγό-
ρα δέ, ἤδη λέγε.

ΑΛΕΚ. Τὸ μὲν ἔλον, ὦ Μίκυλλε, σοφιστῆς
ἄνθρωπος ἦν, χρῆ γὰρ, εἴμω, τάληθῆ λέγειν.
ἄλλως δὲ ἐκ ἀπαιδευτος ἐδ' ἀμελέτητος τῶν
καλλίστων μαθημάτων. ἀπεδήμησα ἐε εἰς Αἴ-
γυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς προφήταις ἐπὶ
σεφίᾳ, καὶ ἐς τὰ ἄδυτα κατελθὼν, ἐξέμαθον
τὰς βίβλους τὰς Ὠρα καὶ Ἰσιδος, καὶ αὐθις εἰς
Ἰταλίαν ἐκπλεύσας, οὕτω διέθηναι τοὺς κατ'
ἐκείνα

apud Graecos acta sunt, dicere. Quomodo
enim? qui essem hostis. Verum ipsius Patro-
clum amicum non magno negotio hasta traie-
ctum interemi. ΜΙΚ. Deinde te multo etiam
minori Menelaus. Sed satis de his. Iam dic
de Pythagora.

13. GALL. In vniuersum, Micylle, Sophista
fui: oportet enim, puto, vera dicere: alioquin
nec illiteratus, nec inexercitatus rerum optima-
rum disciplina. Peregrinatus sum in Aegyptum,
vt de sapientia conferrem cum prophetis; atque
admissus in adyta, Hori libros et Isidis edidici:
tam rursus nauī in Italiam delatus, eo adduxi
Grae-



ἐκεῖνα Ἑλληνας 16), ὡς θεὸν ἤγον με. ΜΙΚ.
 Ἦκετα ταῦτα, καὶ ὡς δέξαις ἀναβεβιωκένας
 ἀποθανῶν, καὶ ὡς χρυσᾶν τὸν μηρὸν ἐπιδειξαί-
 ποτε αὐτοῖς. ἐκεῖνο δέ μοι εἶπε, τί σοι ἐπήλ-
 θε νόμον ποιήσασθαι μήτε κρεῶν, μήτε κυά-
 μων ἐσθίειν; ΑΛΕΚ. Μὴ ἀνάκρινε τὰ τριαῦτα,
 ὦ Μίκυλλε. ΜΙΚ. Διατί, ὦ ἀλεκτρυῶν; ΑΛΕΚ.
 Ὅτι αἰσχύνομαι λέγειν πρὸς σέ τὴν ἀλήθειαν
 ὑπὲρ αὐτῶν. ΜΙΚ. Καὶ μὴν ἔδεν ὀκνεῖν ἐχρῆν
 λέγειν πρὸς ἄνδρα σύνοικον, καὶ φίλον; δεσπό-
 την γὰρ ἂν εἶποιμι ἔτι. ΑΛΕΚ. ἔδεν ὑγίης,
 ἔδεν

Graecos illius regionis, vti me pro Deo habe-
 rent. MIC. Audiui ista, teque putatum esse re-
 vixisse post mortem, et ostendisse iis aliquando
 femur aureum. Verum illud mihi dic, quid in
 mentem tibi venit, vt legem ferres de carnibus
 fabisque non edendis? GALL. Noli perqui-
 rere talia, Micylle. MIC. Quid ita, galle?
 GALL. Quia pudet me verum tibi de illis di-
 cere. MIC. Sed nihil cunctari te oportebat ad
 virum contubernalem et amicum; dominum
 enim non amplius dixerim. GALL. Sanum ni-
 hil

C 4

16. κατ' ἐκεῖνα Ἑλληνας] L. Bos de Ellipsi
 p. 93. super hoc loco ait: κατ' ἐκεῖνα δι-
 ci pro κατ' ἐκεῖνα μέρη τῆς γῆς. Adco-
 que reddendum, Graecos, qui isthic erant.
 Reitz.



παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς λέγειν· πρόθεν γάρ, πολεμῖος ὢν; τὸν μέντοι ἐταῖρον αὐτῷ τὸν Πάτροκλον ἐχάλεπιῶς ἀπέτεινα, διελάσας τῷ δόρατι. ΜΙΚ. Εἶτά σε ὁ Μενέλαος μακρῶ εὐχερέστερον ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἰκανῶς· τὰ Πυθαγόρου δέ, ἤδη λέγε.

ΑΛΕΚ. Τὸ μὲν ὄλον, ὦ Μίκυλλε, σοφιστῆς ἀνθρώπος ἦν, χρὴ γάρ, εἴμω, τάληθῆ λέγειν. ἄλλως δὲ ἐκ ἀπαιδευτος ἐδ' ἀμελέτητος τῶν καλλίστων μαθημάτων. ἀπεδήμησα ἐς εἰς Αἴγυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς προφήταις ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἐς τὰ ἄδυτα κατελθὼν, ἐξέμαθον τὰς βίβλους τὰς Ὁρα καὶ Ἰσίδος, καὶ αὖθις εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας, οὕτω διέθηναι τοὺς κατ' ἐκεῖνα

apud Graecos acta sunt, dicere. Quomodo enim? qui essem hostis. Verum ipsius Patroclum amicum non magno negotio hasta traiectum interemi. MIC. Deinde te multo etiam minori Menelaus. Sed satis de his. Iam dic de Pythagora.

13. GALL. In vniuersum, Micylle, Sophista fui: oportet enim, puto, vera dicere: alioquin nec illiteratus, nec inexercitatus rerum optimarum disciplina. Peregrinatus sum in Aegyptum, vt de sapientia conferrem cum prophetis; atque admissus in adyta, Hori libros et Isidis edidici: tam rursus nauī in Italiam delatus, eo adduxi Grae-



ἐκεῖνα Ἑλληνας 16), ὡς ἐ θεὸν ἤγον με. ΜΙΚ.
 Ἦκιστα ταῦτα, καὶ ὡς δόξαις ἀναβεβιωκέναι
